Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dolendum. Constantinus.
Verum. Constantia. Nunc
autem nullus relinquitur
locus mestitie presumenti
de domini pietate. Constanti
nus. Quam bene dicis mea
constantia. Constantia.
Si meum uelles captare
consilium. premonstrabo
qualiter utrumque euadere
possis dampnum. Constan
tinus. O utinam. Con
stantia. Simula prudenter
pacta expeditione ipsius
uotis te satisfacturum esse.
Et ut meum concordari
credat uelle. suade quo su
as interim filias atticam.
et arthemiam. uel pro soli
dandi pignore amoris
mecum mansum ire me
os quoque primicerios iohannem
et paulum secum faciat tem
arreptum ire. Constantinus.
Et quid si uictor reuertere
tur. mihi erit agendum? Con
stantia. Credo omnipotentem pa
trem prius esse inuocandum. quo

ab huius mei intentione gal
licani reuocet animum.
Constantinus. O filia filia.
Quantum dulcedine tue
allocutionis amaritudi
nem dulcorasti mesti pa
tris. adeo ut prohai re
nulla post hec sollicitudi
ne mouear. Constantia
Non est necesse. Constan
tinus. Eam et gallicanus
leta promissione circum
ueniam. Constantia. Va
de in pace mi domine. Galli
canus. Curiositate frangor.
o principes. ante quam quid
mis senior augustus tam diu
cum herili filia agat expi
ar. Principes. Suadet illi
uelle que desideras. Galli
canus. O utinam preuale
ret suasio. Principes. For
sitan preualebit. Gallica
nus. Silete quiescite. augus
tus reuertitur. non ut abiit
obscuro. sed uultu ad modum
sereno. Principes. Bona
fortuna. Gallicanus. Si enim